



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Locutio Dei Ad Cor Religiosi

Pawłowski, Daniel

Leodii, 1701

Indulgentia Plenaria. Pro peragentibus Exercitia Spiritualia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59541)

INDULGENTIA PLENARIA.

Pro peragentibus Exercitia Spiritualia.

Concessa primùm à Paulo V. Anno 1690.
die 13. Maij per Bullam, quæ incipit: Romanus Pontifex, &c. pro solis Religiosis: & quidem non nisi per decem dies ab aliorum conversatione separatis, atque hac exercitia absolventibus. Extendit eam postea Alexander VII. Anno 1657. die 12. Octobris ad quoslibet Ecclesiasticos, & Laicos, in Domibus Societatis Exercitia Spiritualia peragentes, etiam eos, qui non nisi per octo dies iis Exercitiis vacaverint. Bulla ejus incipit: Cùm sicut nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Goswinus Nickel, Præpositus Societatis JESU, &c. Tenor concessionis est talis.

Omnibus & singulis Christi Fidelibus, tam prædictæ Societatis, aut cujuscunque alterius Ordinis, & Congregationis Regularibus, quàm aliis quibuslibet Ecclesiasticis, & Laicis, qui in domibus memoratæ Societatis Exercitia prædicta, juxta laudabilem ejusdem Societatis consuetudinem, per Octidui spatium, quandocunque peregerint, & interea temporis verè poenitentes & confessi, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, &c.